

190.

3. pr. Med. p. 2. f. 2. c. 2. (i) libr. 21. obs. s. chol. (k) cent. 3.
obs. 74. (l) l. 3. pr. admittand. obs. 129. (m) cent. 3. obs. 48.

VII.

Causis positis, cùm ponantur effectus, nec, nisi sublatis istis tollantur, eas ut inquiramus, necessum habemus^o. Proximam verò causam doloris nostri solutionem esse contumui, unō ferè ore Medicorum profitetur chorus. Causa equidem plurimas esse, palam est: omnes tamen in eo convenire, eaq; ratione dolorem excitare, quatenus continuum solvunt, haud $\alpha\lambda\circ\gamma\omega\varsigma$ concludere *Sennertum* (a) accipimus. Hoc verò modò dolorem restringi ad sensum tactus, supra innuimus, cùm in omni sensu dolor fiat sedemq; inveniat citra unitatis solutionem, solo excepto tactu, docente cum multis aliis laudatō *Sennertō*. (b)

(a) alleg. loc. (b) libr. 2. Instit. Med. part. 3. sect. I.
c. 6.

IX.

Mediatæ verò causæ, quas continuum solvere modò diximus, id præstant vel *distensione* vel *rosione*: Internæq; sunt vel externæ. Internas agnoscimus

X.

I Flatus. Flatum enim sedem & receptaculum præcipuum esse colon, edoctus est *Fernelius* (a) qui in non paucis, flatus cohibere qui conservaverant, colon dilatum brachii amplitudinem æquantem, sectionis beneficio adnotavit. Ejusdem beneficio *idem*, sed majoris quod est momenti, observavit *Petræus* (b) in puerulo quopiam, cui venter paucis à partu diebus stupendum in modum intumuit, cum sævissimis & continuis torsionibus. Causam enim tantæ intumescentiæ, quæ latebat singulos, solum extitisse